Quamquam nihil magis intrepidum me reddere posset ad pugnam Abbas Illustrissime, tum litteris, tum nobilitate preclare de cuius virtute eximiaque indole in rebus tam fori quam poli bene gerendis satis superque omnibus manifestum est, et preclara facinora in arduis et magni momenti negotijs a magnis Principibus et Ecclesiae Prelatis tibi commissis ita testantur et commendant, ut noua attestatione et commendatione non indigeant, Patres ac Cuneipatrum sapientiae laurea nobiles nobilitate illustres, qui renuntiata seculi ambitione toti mente, toti corpore, toti sensu animarum saluti intenti devitatis omnium delictorum procellis stationem lucrosi portus speculamini

Lecc.on de opp.

Quamquam nihil unquam magis intrepidum me reddere posset ad pugnam quam sub auspitijs vestrae eximiae benevolentiae pro rostris exire et in publicam palestram certamina inire inficiari tamen non possum, quin socius sum me timidiorem reddat, quia licet immemor non sim illius quod vulgo iactatur. Honos alit artes, et illarum professores quodammodo vivificat et quod ait D. Thomas Honor est exhibitio et virtutis premium, quod et sentire videtur Vlpian. I.C. in l. 1.a ff. de iust. et iur. ibi iuri operam daturum prius nosse oportet vnde nomen iuris descendat, est autem appellatum a iustitia nam vt eleganter Celsus ait ius est ars boni, et equi, cuius merito quis nos sacerdotes appellet, iustitiam namque colimus, et boni et equi notitiam profitemur ~~equum~~ equum ab iniquo separantes licitum ab illicito discernentes, bonos non solum metu penarum, verum etiam premiorum quoque exortatione efficere cupientes veram (ni falor) filosofiam et non simulatam adfectantes = ~~vlarum enimvero~~

Verum enimvero simimus sit honos eos quidem non levat sed valde opprimit, vnde Sydonius Lib. 9. Epistolarum Epistola 7. inquit onus magis quam honor appellari et quemadmodum stomachus modico alitur alimento nimio vero suffocatur, et lux recenter extincta leui flatu vivificatur vehementi celerius extinguitur. Sic

AVSA

similiter cuiuslibet artis professores modico honore
alantur, nimio vero facilius, quàm peritius adepto inf
liciter supprimuntur: dum expectationi de se conceptae satisfacere n
Haec omnia mihi contingunt in hac literaria concertati
adeo ut liceat exclamare illud Sydonij Et mihi de
tes plus honeris ſas honor+ et cum Chrisostomo sug
Math. secum dicere honoris magnitudo, sicqui prodigi
viuunt honore stimulus incipit esse genas. Ergo o
accingor. Tumeant licet equora ventis, insurgat flu
mergat et unda ratem

+ Pelagus quia currere jam cepimus

Text. mihi externa sorte utinam felici obtento locum sibi vendicat in cap. primo. de
[illegible] et potest. iudic. delegati
[illegible]
qui extat [illegible] sub [illegible]. libro 1o decretalium
Gregorij noni eius vero conditor est Alexander tertius
in cuius explicatione seu enodatione hunc ordinem se
vabo. Inprimis literam nostri text., et eius episcope seu
fideliter referam, deinde ex eo unam et veram eliciam
conclusionem, illamque tam iuribus quam Doctorum senten
confirmabo. Tertio rationem dubitandi et decidendi nos
text. in medium proferam. Quarto adversus nostri
conclusionem, et eius veram decidendi rationem
nonnullas obiiciam oppositiones, et argumenta qu
quibus potuero fundamentis, et solutionibus liber
ita ut inconcussa maneat nostri text. conclusio et e
vera decidendi ratio. Tandem, et ultimo ad quer[illegible]
et illationes quae ex nostri text. conclusione, et e
vera decidendi ratione elliciuntur me convertam

|| opere pretium erit prius diuinum numen invocare adsit ipsi sancti[illegible]
Sed ut haec omnia felici cursu peragamus, || [illegible]
pater filius et spiritus sanctus
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Unum nomen, idem tribus tribus una potestas
Maiestas natura eadem, tribus una voluntas
Cui nostra universa dicata et [illegible]

AVSA

Virg. Maria Reg. Angelor. absque labe originalis culpe Concepta

Adsit sanctissima Deipara ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ que
in hoc vastissimo difficultatem mare

Pro face Polucis fax impoluta Maria
Pro face Castoria Maria mea est

Adsint Iacobus Cecilius et eorum discipuli Hesiton Tesiphon, Danucius, Centulius, et reliqui Huius sacri Montis Illipulitani sanctissimi tutelares, et patroni immo verius totius Hispaniae, quippe qui in ea sanguine suo in hoc sacro Monte Illipulitano profusso mirabile dictu obstupescit quae animus tantae rei memoria plantaverunt Ecclesiam, et eorum doctrina, et sanctitate fidei tot, tamque profundas radices iniecit, ut exinde nequaquam evelli aut effodi potuerint, immo in dies crescunt et funditus per totum orbem terrarum propagantur. Sit nomen domini benedictum. Adsint tandem duo Luminaria magna Petrus, et Paulus, Rodericus cuius nomine licet indignus condecoror, Isidorus, Ildefonsus, Thomas, et reliqui, quos ab incunabulis Advocatos, atque patronos elegi, in quorum omnium laudem et honorem hic noster actus cedat = Cedat itidem in qualemcumque laudem ~~et~~ honorem et memoriam illius quondam magnanimi Illustrissimi et Reverendissimi Principis Domini ac Domini mei Petri de Castro et Quinones, ~~[illegible]~~, ob insignem naturae indolem, et iustitiae singulare praesidium, quondam Granatensis Huius Regalis Chancellariae postea Vallisoletanae Praesidis meritissimi, Deinde Huius civitatis et tandem Hispalensis Illustris Praesulis sanctissimi Huius sacri Montis Illipulitani toto orbe terrarum celeberrimi Fundatoris Egregii, qui ob res in Pontificatu eximie gestas iuste cognominari meruit. Acerrimus Ecclesiae defensor

2 Ut ergo stemus promissis Litera nostri text. sic se habet = Leer
2 Species autem eius sequens esse videtur. Summi Pontifices [illegible] Tornensi Episcopo, tamquam iudici delegato plures causas

AVSA

Committebat ut partibus iustitiam exhiberent, et cum

sepe si contra quos iuditium instituebatur. illud eludere

conarentur. ad sibi tanquam minis, et terroribus potentatus (sic

enim verbo noster Pontifex utitur) idest virorum poten-

et imperio prepolentium, cumque dubitaret predictus

Londonensis Episcopus, an aduersus eos qui suam iu-

ditionem delegatam his malis artibus impediebant

procedere posset, eosque punire, summum Pontificem

Alexandrum 3. consuluit, utrum id facere posset

Cui consultationi Alexander 3. respondet, eum se

procedere posse non solum aduersus partes seu reos p-

cipales, qui iurisditionem delegatam impediunt, se

aduersus eorum fautores, si eos manifeste cognouerit

iustitiam impedire, quod posterius ex illo sacre scrip-

testimonio confirmat, quo docemur agentes et con-

sentientes pari pena puniri deberi Diuus Paul. ad

Roman. cap. 1. ibi quoniam, qui talia agunt digni

sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam

qui consentiunt facientibus

16 quae facti specie sic deducitur. conclusio = Delegatus Pon-

tificis potestatem habet non solum in partes impe-

dientes iurisditionem, sed etiam in eorum fautores q-

suam iurisditionem impediunt. Confirmatur hec

conclusio ex text. in cap. significasti 7. cap. sane. 1

cap. prudentiam 21. §. ult. cap. ex literis 29. cap. su-

pitionis 39. hoc eod. tit. et nostro regio facit etiam

text. in l. 13. tit. 8. lib. 2. for. ll. et l. 1. tit. 13. li.

eiusdem for. ubi glos. 2. l. 33. post medium. tit. 9. p.

6. ordinament. quam conclusionem latissime com-

ment. illustrarunt Abb. Panor. Ant. de Butr. Joan.

And. Geminian. Felin. Innocent. et reliqui antiquiores

Alex. Hipol. Riminae. Carol. Ruin. Roland. a

vall. Surd. Decio. Corn. Azebed. in l. 7. tit. 20 li.

8. recopilat. n. 218. Alex. Ludouic. Sam. D. Franc

Hieronim. de Leon.

AVSA

Cæterum hec verissima nostri text. conclusio non caret
ratione dubitandi; Ratio autem dubitandi ea fuit po
testatem delegatam odiosam esse, vt post glos. in cap.
1°. de rescript. in 6. omnes profitentur, ideoque potestatem
iudicis delegati non extendi, sed restringi deberi iuxta
illam iuris regulam, quæ habet odia restringi, fauores vero
conuenit ampliari. Cum ergo potestas iudicis dele
gati restringenda sit, vt pote odiossa, non potest ex
tendi ad alios casus, vel, personas quam ad eas quæ
in ipso rescripto, seu commissione continentur. vt pro
bant aperte text. in cap. significante 34. cap. Rodulphus
35. de rescriptis. cap. cum olim cap. 2. et 9. infr. Soc. tto.
de offic. L. 20. tt°. 4. part. 3. Et consequenter dicen
dum videbatur iudicem delegatum in nostri text. spe
cie procedere non posse, nec contra Reos principales, qui
in ius trahebantur. nec contra illorum fautores ex eo quod
suam iurisdictionem delegatam impedirent. Non
contra Reos principales quia, et si procedere possit
iudex delegatus contra eos in causa sibi commissa
tamen in causa predicti impedimenti videbatur pro
cedere non posse cum ea n. contineatur. in commissione
similiter etiam, et quidem vrgentiori ratione vide
batur. Delegatum procedere non posse contra fautores
Reorum quia ipsi in commissione non continebantur. tum
etiam quia (vt diximus in Reo) causa impedimenti
non est contenta, nec comprehensa in commissione
vnde cum nec causa, nec persona in rescripto continea
tur. Respondendum videbatur. iudicem delegatum
aduersus dictas personas ratione huius causæ procedere
non posse

Cæterum hac ratione dubitandi non obstante Alex. 3. contrarium vt
supra constituimus respondet in presenti. Cuius de
cissionis, plures decidendi rationes afferuntur. ab inter
1. pretibus. Prima est quod extraneus si in alieno
territorio committat aliquod delictum, ratione illius
subiicitur iurisdictioni illius iudicis seu territorij in quo

delictum commisit, quamvis alioqui iudex competens
illius non esset L. 1a. C. ubi de criminibus agi oporteat
Cap. 1o. de rescript. L. fin. ff. de accusat. Cap. fin. de for. compet. Carpararo e
magistrum, ideo quod fautores et alios impedientes iu
risdictionem iudicis delegati ratione huius delicti sub
iici eius dem iudicis delegati iurisdictioni, quamvis
iudex delegatus seclusso predicto delicto, et contraven
tione illorum iudex competens non esset. Hanc decidendi rationem nostro text. assignarunt Covarr. pract. cap.
11. no. 3. cum pluribus ab ipso relatis = Ansaldus consolim

Sed quamvis hos viros doctissimos venerer, non sequar eos in
presenti. Censeo enim predictam rationem decidendi
nostro textui adaptari non posse. Nam ut ex illius litera
constat, ex his que supradiximus, Summus Pontifex
loquitur in presenti de delegato summi Pontificis, De
legatus autem summi Pontificis territorium non
habet. Territorium namque proprie dicitur universitas
agrorum intra fines cuiusque civitatis, ut docet Pom
ponius in L. pupillus 239. § territorium de V. S. ibi
Territorium est universitas agrorum intra fines cuiusque
civitatis, quod ab eo dictum quidam aiunt, quod ma
gistratus eius loci intra eos fines terrendi idest submo
vendi ius habet. Unde natum est ut territoria dican
tur termini cuiuslibet civitatis, non vero termini ci
vitatis Romane, sive inspiciamus temporalem illius
iurisdictionem, sive Ecclesiasticam, et spiritualem
ut docet doctissimus Jacob. Cuiac. in L. ultim. ff. de iurisd.
omnium iud. Ratio est, nam omnes civitates subiiciunt
imperio Romano, et sub illius terminis continentur
unde omnes cuiusque nationis sint Rome conveniri
possunt et Roma patria communis dicitur. L. Roma
33. ubi DD. ff. ad municipal. ibi Roma communis nos
tra patria est L. legatis ff. de iudic. ubi late Petrus
Barbos. in repit. illius. Ideoque quamvis cetere civi
tates habeant territoria, quibus inter se distinguntur
Roma tamen cum terminos non habeat sed omnes civi
tates in se complectatur, territorium habere non dicitur.

Que ratio non solum procedit quoad potestatem temporalem

AVSA

quae olim caeteris civitatibus dominabatur. sed etiam quoad potestatem Ecclesiasticam quae hodie et usque ad mundi finem universo orbi dominabitur. nam latius patet dominatio divina, quam olim domi natione temporali; Unde summus Pontif. non dicitur habere territorium, quia illius iurisdictio, quidquid hinc inde habeat non continetur terminis Episcopatus Romae, sed universum orbem complectitur. ut praeter alios docte et expresse defendit Belarmin. de Rom. Pontif. per totum quartum librum, et est text. expressus in cap. cuncta per mundum, cap. per principalem 9 q. 3. unde fit, ut similiter delegatus summi Pontif. territorium non habeat, nam illius iurisdictio non huius vel illius civitatis terminis continetur, sed universum orbem complectitur. nam iudex delegatus in causa delegata utitur eadem iurisdict. quam delegans habet, l. 1. §. qui mandatam ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict. ~~[illegible]~~ Itaque quemadmodum summus Pontif. territorium non habet ita similiter, nec illius iudex delegatus, ac proinde subvertitur dicta decidendi ratio ad nostrum text. nam dum ait ratione delicti, seu resistentiae ut ita loquar impedientis iurisdictionem iudicis delegati in illius territorio effici de iurisdict. illius supponunt utique iudicem delegatum territorium habere, quod falsum esse supra ostendimus cum Cuiac.

Reiecta ergo hac decidendi ratione, et omissis alijs quae a DD. afferri solent verius arbitror ~~[illegible]~~ dicendum summum Pontificem, vel Principem cum alicui tribuit iurisdict. sive ordinariam sive delegatam simul videri concedere ea omnia, sine quibus talis iurisdictio expediri et exerceri non posset l. 2. ff. de iurisdict. omn. iud. cuius haec sunt verba, cui iurisdictio data est, ea quoque concessa videntur sine quibus iurisdictio explicari non potest. haec ergo Iabolenus I.C. quod etiam ut diximus procedit in iurisdict. delegata cap. praeterea, cap. significasti, cap. prudentiam 21 §. fin. hoc t.

Vnde fit, ut cum summus Pontif. ~~[illegible]~~ alicui committit quam causam decidendam, simul iudici delegato committere videtur potestatem et coertionem adversus eos qui delegati iurisdictionem impedire tentaverint, alioqui delegati iurisdictio illusoria et inutilis redderetur, ut noster text. insinuat in illis verbis; et sic mandatum nostrum eludetur et hec vera nostri text. decidendi ratio secundum Hostiens. Innocent. Joan. And. Abb. Cardinal. et alios.

Sed adversus hanc decidendi rationem et nostri text. conclusionem plerique insurgunt sequenti argumento, nemo potest iudex esse in causa propria L. unic. C. ne quis in sua caus. L. qui iurisdict. ff. de iurisdict. omn. iudic. At si iudex delegatus procedere posset contra illos qui suae iurisdictioni obsistunt iudex utique esset in causa propria, vindicaret enim iniuriam sibi factam; quod valde periculosum est et iure reprobatum; ergo dicendum videtur contra nostri text. decis. iudicem delegatum iniuriam sibi factam ab his qui illius iurisdictioni ~~[illegible]~~ resistunt coercere aut punire n. posse ne in sua causa iudicet, vel ius dicat —

Huic difficultati Marc. Mantua in pract. n. 51. Respondet summum Pontif. etiam in causa propria iudicem esse posse cap. cum venissent in de iudiciis, quia cum nullum in iud. superiorem recognoscat a nemine potest iudicari nisi a se ipso iuxta illud quod vulgo traditur prima sedes a nemine iudicatur. Vnde eadem ratione, Imperator similiter in causa propria iudex esse poterit L. proxime ff. de his quae in testamento delentur induc. aut inscr. L. 2a. ff. si quis imperat. ... Nec obstat quod nonnulli dicunt videlicet in causa propria Pontificis vel Imperatoris, vel Principis non recognoscentis superiorem arbitros esse eligendos, hoc enim ut inquit praedictus Marc. Mant. non de necessitate, sed de honestate tantum procedit. Cum igitur summus Pontif. etiam in causa propria iudex esse possit, mirum non est si hoc idem admittamus in eius delegato, nam ut supra diximus illius personam repraesentat, et eadem iurisdictione utitur. =

+ nec mirum cum Imperatori Religiosissimo Constantino magno in quadam conc. causa aliqua fuisset contra quosdam Episcopos, ipse illos coram se convocare et venire fecit causasque in ardentiss. rogo iniecit hec memoranda verba proferens, ite et inter vos causas vestras discutite nam indignum est ut iudicemus Deos

AVSA

Sed. haec solutio Marci Mantuae mihi non placet, nam et si delegatus utatur iurisdictione Pontif. non tamen utitur eodem modo nec eodem iure. nam summus Pontif. utitur iurisdictione tanquam caput, princip. officii et dominus totius iurisdictionis, at iudex delegatus utitur iurisdictione Pontif. non tanquam propria, sed tanquam aliena sibi mandata. L. 1a. §. qui mandatam ff. de offi. eius cui

2 Deinde iudex delegatus recognoscit superiorem et consequenter non potest in causa propria ius dicere vel iudicare, nam ut diximus id proprium est eorum qui superiorem non recognoscunt, quod urgenter comprobatur ex eo, quod licet summus Pontif. recusari non possit, tamen delegatus ab eo recusari potest Cap. insinuante 25. cum simil. hoc eod. tit. de offi. quia non residet in delegato illa praesumptio iustitiae quae residet in Pontifice. ergo simili ratione dicendum est, quod quamvis summus pontif. possit esse iudex in propria causa, tamen hoc illius delegato permittendum non est ac proinde corruit predicta solutio Marci Mantuae

Reiecta ergo hac solut. verius propositae difficultati respondeo iudicem delegatum seu ordinarium procedere posse contra turbantes, vel impedientes iurisdictionem illorum. quia haec iniuria non fit iudici ut privato sed iudici ut iudici et personae publicae et ideo dum procedit contra supradictos non dicitur iudicare in causa propria, sed in causa publica quia non vindicat propriam iniuriam sed publicam ita eleganter

Dudeagen' Menoch. Lib. 2. de arbitr. casu 438. per totum.

Sed. adhuc in tuto non sumus obstat namque difficilis text. in cap. dilectus 11 de poenis. ubi iudex delegatus non potest vindicari iniuriam sibi factam, sed delinquentes ad superiores remittere debet, quae decisio nostri textui decisioni aperto marte repugnari videtur.. Huic

Solut. 1a. difficultati plures afferuntur solutiones Prima est text. illum loqui de iudice ordinario, sed sane haec solutio non placet: tum quia divinatoria est tum etiam, quia et si loquatur de iudice ordinario non ideo sequitur aliud dicendum esse in iudice delegato

AVSA

imo vrgentiori ratione idem in eo dicendum est, nam
si iudex ordinarius in quo p[lu]ra merita concurrere
solent, et cuius iurisdictio propria est non potest
punire eos qui suę iurisdictioni opponuntur multo
minus id permittendum erat iudici delegato =

Denique convincitur. superior solutio nam [illegible] vt
ex dictis apparet, et ex dicendis apparebit certissi
mum est vtrumque iudicem ordinarium scilicet, et
delegatum turbantes, et impedientes suam iuris
dictionem coercere posse, =

Omissa ergo hac solutione succedit secunda asserentium text.
in dict. cap. dilectus, quatenus ait iudicem adversa
riorum remittere debere eos qui sibi opponuntur
loqui de ijs, qui iniuriam faciunt iudici, non
vt iudici, sed vt privato = Cęterum hęc solutio
convincitur. ex verbis eiusdem text. ibi ne iudicialis
euanescat authoritas, ex quibus colligitur non
de iniuria privata sd. de iniuria quę opponitur
iudiciali authoritati, in qua vt supra constituimus
delegatus iudex esse potest, quia non agit de vindican
da propria iniuria, sd de vindicanda iniuria facta
officio, et iudiciali autoritati = Deinde rursus
et quidem apertius convincitur. hęc solutio. ex
verbis eiusdem text. ibi cum de litigatoris impro
bitate constiterit adversus assertionem iudicis te
mere prorrumpentis. ex quibus luce meridiana
apertius deprehenditur. text. non loqui de iniuria
facta iudici vt privato, sed de iniuria facta iudici
vt iudici, cum iniuria fuerit temere prorrumpere
adversus iudicis assertionem

Repulsa igitur. secunda solutione deveniamus ad tertiam
quę plurimis viris doctissimis placuit. solutio.
est distinguendum esse inter iniuriam quę habet
penam certam et determinatam et eam quę certam
penam non habet, sed arbitrio iudicis vindicatur. Nam
primo casu, scilicet pena certa difinita est a iure iudex
sive ordinarius, sive delegatus iniuriam sibi factam

AVSA

vt iudici querire potest, quia cum pena certa sit et
a iure determinata non potest timari quod iudex
excedat. At vero secundo casu cum pena est arbitra-
ria, iudex sive ordinarius sive delegatus, dictam
iniuriam vindicare non potest, quia verosimiliter
timetur. cum etiam si probus sit vir excedere posse
in arbitrio pene = Sed sane quamvis Ss. Illus.
plurimum coloris, et equitatis habere videatur
facile infringitur. ex eo quod predictus timor potest
considerari etiam si pena certa sit quia et si non
possit excedere quoad penam supposito delicto, po-
test tamen excedere quoad iudicandum an delictum
satis sit probatum, in quo potissimum iudicis officium
et dificultas consistit vt Papin. docebat, quod I.C. in
L. 1a. vers. nam vt Papin. ff. ad S.C. Tergil. = Deinde
convincitur superior solutio quia vt quotidianis ex-
perimentis edocemur, vterque iudex delegatus, et ordina-
rius procede potest contra impedientes iurisdictionem
puniendo eos pena arbitraria, nam alioqui si eos pe-
na arbitraria non puniisset nulo modo puniri possent
quia nulla certa pena est constituta adversus impedien-
tes iurisdictionem. eo fit vt non nisi pena ordinaria pu-
niri possint =

Reiectis igitur his et aliis pluribus solutionibus, quas scienter
omitto, alias duas subiungam que et si auctorem
non habeant ingenio tamen meo placuerunt, ideoque
eas vestro Doctissimi iudices examini subiiciam

1a. Prima sit in dict. cap. dilectus iniuriam factam iudici
non consistere in eo quod illius iurisdictio impediretur
aut turbaretur, sed in eo, quod improbe, et petulanter
adversus illius sententiam fuit appellatum, seu
provocatum, quod significasse mihi videtur textus
dum ait, cum de litigatoris improbitate constiterit
adversus assertionem iudicis temere prorrumpen-
tis expendo illa verba adversus assertionem
et illa verba prorrumpentis que idem significare
videntur quod adversus sententiam apellantis nam
assertio iudicis plerumque accipitur pro sententia
et prorrumpere pro appellare Itaque sensus illius

AYSA

textus et iudicem a quo appellatur non posse punire eum
qui improbe, et petulanter aduersus illius sen-
tentiam appellauit, sed eum remittere debere
ad iudicem superiorem ut iuxta illius arbitrium
digna animaduersione puniatur.

Secunda solutio quae nobis arrisit est, text. in dict. cap. dilecti
§ qui de improbitate litigatoris, qui aduersus
assertionem, seu sententiam iudicis delegati ex-
traiudicialiter prorumpit asserendo, iudicem
iniquum fuisse et alia similia, quae improbe
et petulanter effundere solent litigatores calore
iracundiae cum primum sententia aduersus eos
pronuntiatur. Cui sententiae mirifice adaptantur
dicta verba cum de litigatoris &c. Ratio autem
ob quam iudex delegatus hanc iniuriam vindicare
non potest ea (ni fallor est) quia postquam iudicauit
siue bene siue male functus est officio suo L. iudex
postea quam ff. de re iudicata. Et ideo vindicare
non potest iniuriam eius qui inuerecunde et pe-
tulanter sententiam ab eo latam iniustam esse
et malo animo prolatam extraiudicialiter con-
queritur. Hinc vero non euincitur iudicem delegatum
punire non posse eos qui suam iurisdictionem tur-
bant aut impediunt ante sententiae prolationem.

Hinc vero grauis insurgit quaestio an scilicet nostri
textus rescriptum Londonensi Episcopo directum
non solum habeat vim legis quoad eum, sed
etiam quoad ceteros iudices delegatos, ita ut
ii omnes eo uti possint et debeant tanquam
si cum ipsis summus Pontifex loqueretur.
In qua quaestione affirmatiuam partem tenuisse
videntur. scilicet quod quoad alios tale rescriptum
vim et auctoritatem legis habeat tanquam si cum
ipsis expresse loqueretur. tenuerunt H

~~Rescripta autem Rom. Pontificum, sicut et Principum vim legis~~
~~habent etiam pro aliis consimilibus casibus. Hanc con~~
~~clusionem firmarunt~~ canonistæ omnes in rubric. de
rescriptis Abb. Ant. de Butr. Joan. And. Geminian.
Innocent. et Felin. Covar. 1ª. Navarr. cons. 30. Lib. 3. Donel.
Lib. 1°. com. iur. civil. cap. 10. Decembes. in comment.
ad constit. Justinian. de iustinean. Cod. Confir. Mendoca
de pact. Lib. 1°. cap. 24. nº 5. Burg. de paz in Proe. leg.
Taur. nº 452 Horac. Campan. statuto Mediolan. 355.
vol. 2°. Loriot. de apicib. iur. tit. 2. axioma 9.
Hæc sententia non solum doctorum nititur auctoritate
verum expressis iuris fundamentis fulcitur. Nam
Justin. Imperat. in §. constat inst. de iur. natural.
gen. et civ. enumerans species, ex quo ius civile cons-
tat et componitur, unam ex eis affirmat esse Prin-
cipum placita ibi constat autem ius nostrum quo
utimur, aut scripto, aut sine scripto; scriptum ius
est Lex, Plebiscitum, Senatus consultum, Principum
placita, Magistratuum edicta, responsa prudentum
et in §. sed et quod Principi hanc eandem speciem
definivit ibi: sed et quod Principi placuit Legis
habet vigorem cum Lege Regia quæ de eius im-
perio lata est populus ei et in eum omne imperium
suum et potestatem transtulerit: quodcumque ergo im-
perator per Epistolam constituit, vel cognoscens
decrevit, vel Edicto præcepit Legem esse constat quæ
omnia transcripsisse videtur imperator Justin. ex Ulp.
J.C. in L. 1ª. ff. de const. Princip. ubi pene similia ver
ba referuntur a J.C. = Rursus idem Imp. Just. in l.
si imperialis 12 C. de Legib. hanc sententiam et conclu
sionem satis aperte confirmare videtur. ibi si im
perialis maiestas causam cognitionaliter examina
verit, et partibus constitutis sententiam dixerit, om
nes omnino iudices, qui sub nostro imperio sunt
sciant, hanc esse Legem non solum illi causæ pro

AVSA

que produxerit, sed omnibus similibus; quid e[nim]
maius, quid sanctius imperiali est maiestate, v[el]
quis tante superbie fastidio tumidus est, ut r[e]
galem censum contemnat, cum et veteris iuris c[on]
ditores constitutiones que ex imperiali decreto p[ro]
cesserunt legis vim obtinere aperte dilucideque
diffiniant ✝

De iure etiam Pontificio aliqua iura adstipulantur. Huic se[n]
1 tentie. Primo text. in cap. 2. dist. 19. ibi enim Ni[co]
laus Papa consultus, an decretales Epistole summorum P[on]
tificum, que in codice canonum non habebantur adscrip[te]
sed per diversa volumina et membranas erant disper[se]
te vim, et autoritatem legis haberent, respondit e[x]
quadam sententia Leonis secundi et Gelasij primi
etiam summorum Pontificum predictas epistolas vim et autoritatem leg[is]
habere, etiam si in codice canonum non haberentur
adscripte, refertque verba sententie Gelasij que talia
sunt. Decretales Epistole, quas Beatissimi Pape diver
sis temporibus ab urbe Romana pro diversorum pat[rum]
consultatione dederunt venerabiliter suscipiend[as]
2 decernimus. 2°. comprobatur. hec sententia ex cap.
20. distinct. ubi item Nicolaus clero Constantinopolitan[o]
talibus verbis increpat. Si Decreta Romanorum Pon
tificum non habetis de neglectu, atque incuria estis
arguendi, si vero habetis et non observatis de teme
ritate estis corrigiendi et increpandi =

3° comprobatur. ex text. in cap. omnia 25. q. 1a. ubi Da
masus Papa asserit, quod quicumque clericus, qui
decretalia summorum Pontificum predecessorum suorum
non observaverit imo in illa aliquid commiserit
sciat et certus sit veniam sibi deinceps esse dene
gandam, imo quod magis est Hadrianus summus
Pontifex in cap. generali ii antecedenti predicta 25 q.
affirmat quod quicumque qui censuras predictorum
decretorum violandas crediderit, vel permiserit

AVSA

Hecsi. comprobari etiam potest ex aliquibus I. C. responsis precipue ex . . . quod tradit Vlpian. I. C. in l. similes §. ff. de testament. milit. Vbi proponit illam questionem de milite qui iure communi, vel paganorum suum testamentum condere cœpit, et morte preventus, vel alio simili casu perficere non potuit. et querit consultus an miles beneficio militari renuntiauerit et respondit quod valere testamentum etiam iure militari. Nec credendus est quis quam genus testandi eligere ad impugnanda sua iudicia sed magis utroque iure testari voluisse, nam et pagani cum testamentum faciunt per scripturam adiicere solent, quod si non valeat iure testamenti, valeat tamen vice codicillorum. Et secundum hanc suam sententiam rescripsisse Diuum Marcum affirmat, suprema enim testantis iudicia et eorum vltimas voluntates eo quo possit iure et modo conseruanda nec destruenda esse aferit Religiosissimus ille Imp. Constantin. Magnus in L. 1. C. de sacrosanct. eccles. ibi Habeat vnusquisque licentiam sanctissimo catolico venerabilique concilio decedens, bonorum quod optauerit relinquere, et non sint cassa eius iudicia, nihil enim est quod magis hominibus debeatur quam vt supreme voluntatis (postquam iam aliud velle non possunt) liber sit stylus et licitum quod iterum non redit arbitrium

faciunt etiam tradita per Papin. in l. cum quidam in ff. de his que vt indignis vbi cum quis primo facto testamento secundum non iure fecit . . . incapaces in eo instituit et ab his senatus abstulit hereditatem exemplo eius cuius nomen testator perfecto testamento induxit nam et sic rescripsit Diui Marci priuatus fuit tamquam indignus hereditate in his predictis duobus casibus. C. exemplo rescripti imperatoris v. tener. aditas similiter iudicandum inquit enim Papin. cum quidam scripsisset heredes, quos instituere non poterat, quamuis institutio non valeret, nec superius testamentum ruptum esset heredibus tamen vt indignis, qui non habuerunt supremam voluntatem iam pridem senatus abstulit hereditatem, quod et Diuus Marcus in eius persona rescripsit cuius nomen perfecto testamento testator induxerat causam enim ad prefectos erari missit. Verum ab eo legata relicta salua manserunt, de preceptionibus eidem datis voluntatis erit quod et legatum ei non derogabitur, nisi hoc evidenter testarem voluisse appareat

AVSA

anathema sit, et veluti prevaricator catholice fidei apud Deum semper existat. Hec etiam sententia videlicet quod rescripta Pontificum, seu Principum vim legis habeant satis comprobari potest ex eo quod omnes leges Codicis sunt rescripta particularia Principum, et imperatorum, et nihilominus non ambigitur legum habere vigorem etiam quo ad alios similes casus.

Corroboratur hec sententia ex Ulpiano JC. in L. apud Julianum 11 §. utrum ff. ad S.C. Trebell. ubi Ulpianus J.C. aserit quod si aliquis heres instituatur, rogatusque fuerit hereditatem alicui restituere, et is cui restitutio facienda sit absit, Procurator vero eius nihilominus petat heredem institutum cogendum ut adeat, et restituat hereditatem, inquit J.C. cogendum heredem adire et restituere cavendumque ei ne forte in damno moretur, et addita respondendum J.C. motus dicit exemplo cuiusdam rescripti ibi est enim huius rei exemplum cogere ex rescripto divi Pij in specie huiusmodi. ergo certum est rescriptum Principis particulare etiam quo ad alios casus vim legis habere

Rursus hec sententia comprobatur ex eo, quia si aliqua ratione rescripta Pontificum, seu Principum vim legis non deberent habere ea maxime esset quia plerumque non promulgantur et communiter a pluribus ignorantur, sed hec ratio insufficiens est ergo a fortiori affirmandum est rescripta Pontificum, seu Principum vim legis habere, quod hec ratio sit insufficiens ex coprobatur evidenter, quod lex etiam ignorantes ligat et obligat L. furiosus 45. ff. de obligat. et action. princ. instit. de iur. natur. gentium et civil. conducunt que tradit Papin. J.C. in L. 1. ff. de legib. ibi lex est commune preceptum virorum prudentium consultum delictorum que sponte vel ignorantia contrahuntur coercitio communis reipub. sponsio. et dicto Paul. in L. iuris ignorantia 9. ff. de iuris et facti ignorant. defendit, iuris ignorantiam nemini prodesse debere ex quibus videtur dicendum rescripta prin-

D. Covar. Lib. 1. com. iur. cap. 4.
...nochi. de arbitr. casu 128
...rinac. praxi. crim. q. 8 n. 316
...ascard. de probat. concl. 517
...ip. Hippolit. criminal. ...

tificum, seu Principem non solum vim Legis habe
immo etiam ignorantes obligare, nec quenquam
ignorantiæ pretextu penas eorum effugere posse

Idque summa cum ratione stabilitum esse existima
dum est, cum enim omnes articuli et casus, prop
varias rerum circunstantias, et factorum contingentiam nec
gibus, nec Senatus consultis comprehendi potuissen
vt inquit I.C. in L. non possunt 12. ff. de legib. e
in L. 4. ff. de præscript. verb. ibi natura enim rerum
ditum est vt plura sint negotia quam vocabul
quando occurrebat casus cui ex iure communi su
ventum non erat nec provissum Princeps consul
batur. ipse que rescribebat quid esset in eo iudica
dum eius que decisio, seu rescriptum deinceps pro
Lege observabatur. Ideoque sepe sepius I.C. in
suis responsis vtuntur exemplis similium rescript
vt videre est. in L. 3. §. 2. ff. de sepulc. et ex L. fi
cum suis §§. ff. de administr. rerum ad ciuit. pert. L
rescriptum 12. ff. de distrat. pignorum. vbi ait con
posse creditorem emere pignus a debitore quia in do
minio manet ipsius debitoris id que exemplo cuius
rescripti respondit ibi rescriptum est ab Imperato
Libellos agente Papiniano creditorem a debitore
pignus emere posse quia in dominio manet debitor
facit etiam text. in L. extat 13. ff. quod met. caus.
L. item veniunt 20. §. preter sec. 6. ff. de pet. hered.
cum alijs ex cent.

Tandem comprobatur. hec sent. ex text. in cap. in caus.
19. de sent. et re iudicat. vbi indistincte Innocent.
3. affirmat rescripta summorum Pontificum in
alijs similibus causis ius facere ibi in causis que
summi Pontificis iuditio deciduntur et ordine iuris
et vigor equitatis est subtiliter observandus. cum
in similibus causis ceteri teneantur. similiter
iudicare

Contrariam tamen sententiam, imo quod rescripta Principum
seu summorum Pontificum vim legis non habeant quoad
alios similes casus defendunt Bart. in L. 2. et Salicet
in L. fin. C. de legib. Paul. Castrens. in L. 1.ª ff. de const. Princ.
et in L. 3. ff. de legib. et ex Bald. Cino et alijs
antiquioribus Andreas Tiraquel. de iur. primogenit. q. 40. nº.
161. Osuald. Hilliger. in not. ad Donel. lib. 10. com. iur. civil.
cap. 9. lit. D. Conan. lib. 1.º comment. cap. 16. Burg. q. se dignaz
indict. proemio ll. Taur. nº. 464.. Idem etiam videtur
tenere licet non ita clare Dns. Covarr. pract. cap. 15. nº. 5. =
Moventur predicti DD. 1.º ex text. in L. 1.ª §. plane ff. de constit.
Princip. ubi postquam I. C. afirmat constitutiones
Principum seu rescripta legis habere vigorem ait in
dict. §. plane ibi Plane ex his quedam sunt personales
que nec ad exemplum trahuntur, nam que Princeps alicui
ob merita indulsit, vel si quam penam irrogavit, vel
si cui sine exemplo subvenit, personam non egreditur
ergo constitutiones seu rescripta Principum, seu summorum
Pontificum, vim nec potestatem legis habere
certo certius afirmandum est in alijs similibus causis cum
personas quorum favorem rescribuntur non egrediantur.
Moventur 2.º ex text. in L. 2. et ex text. ibi si in L. 3. C. de
legib. ubi statuitur quod decreta, seu rescripta Principum
etiam cum causa cognitione prolata vim legis non habent
quoad alios casus ibi interlocutionibus quas in uno negotio
iudicantes protulimus, vel postea proferemus non in
commune preiudicantibus —
Moventur 3.º ex cap. cum esses de testament. ubi summus Pontif.
proponit illam elegantem speciem, de illo qui coram
suo Parrocho, et duobus testibus tantum suum condidit
testamentum, cum de iur. commun. septem vel quinque
saltim deberent adhiberi secundum text. in L. hac
consultissima 21. C. de testament. et quesitum fuit ab Episcopo
Hostiensi utrum tale testamentum substineri
posset. Respondit q.º summus Pontifex, quod cum in ore
duorum vel trium stet omne verbum testamentum
iure valere non obstantibus tum consuetudine contraria

AVSA

que in illo Episcopatu vigebat, tum etiam constitu-
tionibus, et ordinationibus iuris ciuilis requirentis se-
ptem vel quinque testium presentia. et nihilominus
vno ore fatentur predictam decretalem continentem
ius dict. cap. cum esses ad alios Episcopatus non es-
se extendendam. Statuerunt Ioan. And. Anchar. Car.
Cauarel. Immola et Couarr. ibidem Fortun. Garc.
25. Corn. Cons. 33. vol. 2°. Carol. Ruin. Cons. 24. n°. 4.
2° Boer decis. 93. n°. 6. Guill. Bened. in cap. Raynu.

In hoc autem iurium conflictu, et interpretum et opinionum
varietate ego aliter quam alij predicta iura et Docto-
rum oppiniones, que sibi inuicem aduersantur. sic componere
et ad concordiam reducenda existimo, aut enim
Rescriptum est secundum Leges, aut contra Leges, au-
t preter Leges. Primo enim casu rescriptum in omnibus alijs
similibus causis iudicandis erit obseruandum non tam
virtute ipsius rescripti, quam Legis, vel iuris communis
cui rescriptum conformatur. Hanc interpretat.^{s} et distinct.
deduco expresse ex cap. Pastoralis 8. de fide instrument.
vbi Innocent. 3. Episcopo Hiliensi ita rescripsit. Autorita-
te presentium duximus statuendum vt cum decretalis aliqua
de qua iudex merito dubitet, alegatur. si eadem iuri
communi sit consona, secundum eam non metuat iudi-
care, cum non tam ipsius, quam iuris communis auto-
ritate procedere videatur. que sane distinctio procedit sic
rescriptum euidenter consonum sit, et conforme iuri com-
muni, siue per interpretationem Principis ex dict. L.
si Imperialis 12. C. de Legib. Principis enim est sicut
condendi, ita et interpretandi Leges L. 1.ª C. de Legib. vbi
DD. Bart. Bald. Salicet. Paul. Castrens. Ipse enim est vi-
ua Lex quia loquitur. et interpretatur Leges scriptas mortuam
que per se ipsa loqui non potest L. 13. tit. 22. part. 3.

Secundo vero casu scilicet cum rescriptum est contra Legem, non solum
in alijs similibus casibus verum nec in eo in quo impetratur facit ius nec
L. omnes 6. C. si contra ius, vel vtil. public. vel per mendac. aliq. sic in-
vel postul. vbi Anast. Imp. hec verba profert omnes cuiuscumque maioris vel min-

AVSA

administrationis vniversæ nostræ Reipublicæ iudices monemus
vt nullum Rescriptum, nullaz pragmaticam sanctionem
quæ generali iuri, vel vtilitati publicæ adversa esse videatur.
in disceptationem cuiuscumque litigij patiatur proferri.
facit quod tradit Paul. IC. in l. quod vero 14. ff. de
Legib. dum inquit, quod vero contra rationem iuris re
ceptum est, non est producendum ad consequentias. In
credibile namque est Populum cuius iure et authoritate
Princeps vtitur. vnquam tale quid sanciturum esse quod gene
rali iuri repugnet, id vero a Principe tanto alienum est
quanto ipsius authoritas non iam a Populo pendet sed a
iuris ipsius authoritate l. Digna vox C. de Legib. ibi Digna
vox est maiestate regnantis legibus alligatum se Principem
profiteri, adeo de authoritate iuris nostra pendet authoritas
et re vera maius imperio est submittere legibus Principatum
Hinc fit, vt quando Princeps aliquid iniuste rescripserit
aliter ve quam fas est constituerit, credendus sit vel impetran
tis calliditate, vel, nimia suggestione, et importunis precibus
~~[illegible]~~, potius quam proprio, et spontaneo
motu ad id scribendum inductus. De Principis enim erga
suos pietate, et iustitia benigne semper quantum fieri
potest suspicandum est, nec cuiquam facere iniuriam
existimandum vt notavit Ant. Fab. in iurisprudentia
Papinianea tit. 2. princip. 2. illat. 5.—
Et in hoc casu quando rescriptum disonum sit a iure communi
iudex, qui de re cognoscit non secundum illud iudicare
debet seu iudicare, sed in negocio supersedendum erit
et Princeps qui de ea rescripsit consulendus vt expresse
colligitur ex decret. Cap. Pastoralis § de fide instr. ibi authoritate
presentium duximus statuendum, vt cum decretalis aliqua
de qua iudex merito dubitet, allegatur. si eadem iuri
communi sit consona, secundum eam non metuat iudi
care, cum non tam ipsius quam iuris communis authorita
te procedere videatur. Verum si iuri communi sit disona
secundum ipsam non iudicet. sed superiorem consulat
super ea—

AVSA

Hec tamen resolutio videlicet quod rescriptum impetra
contrarius vel legem non sit observandum nec pro
exemplum adita iudicandum in alijs similibus ca
immo Princeps sit consulendus a Deo, non nisi in casibus
limitatur. = Primo si rescriptum a Principe con
legem concessum alterum non ledat et prosit p
2°. si crimen Princeps supplicantibus indulgeat, v
Limitatio expresse probatur in L. rescripta 7. C. de p
cibus Imperat. offerend. ibi rescripta contra ius elicit
ab omnibus iudicibus refutari precipimus, nisi forte
aliquid, quod non ledat alium, et prosit petenti,
crimen supplicantibus indulgeat, ubi ita per istum
text. tenent DD. Cyn. Bart. Bald. Paul. Castrens.
Licet. Alueric. et alij communiter. = 3°. cum Impera
aliquid contra fiscum, vel circa modum et formam
procedendi in iudicijs, in his que non ad partes, sed a
iudicis ipsius personam, et modum procedendi spectat, decernit ut
eleganter observat Paul. Castrens. post alios in L. 1°. ff.
de constit. Princip.

Tertio vero casu, scilicet quando rescriptum est preter legem, si ius
generale non facere affirmandum est, nec ad alios simil
casus rescriptum extendendum, aut protrahendum ~~...~~
nec exemplar adita iudicandum ex eo sumendum est, que
tertia distinctio probatur expresse ex dict. l. 1°. §. plane ff. de
constitutionibus Princip. ibi nam quod Imperator alicui
ob merita indulsit, vel si cui penam irrogavit vel si cui
sine exemplo subvenit personam non excedit.. Ut con
tingit in eo, qui ob insignem alicuius artis peritiam etiam
ad mortis penam sit condemnatus Princeps illam remitter
solet ut est text. expressus in L. ad bestias 31. ff. de pen.
ibi ad bestias damnatos, favore populi Preses dimittere non
bet, sed si eius roboris, vel artificij sint, ut digne populo
exhiberi possint Principem consulere debet. Hec enim indul
gentia seu remissio, quoad alios etiam si eiusdem, vel m
ioris peritie sint reus facere non debet, nec iudex illos dimittere pote
sed cum evenerit fortasse casus Principem consulere debet. ita
Farinac. cum sexcentis quos ipse refert de pen. temperand. q. 98 n
134. Guillelm. Bened. A. in cap. Raynucius de testam. n° 43.

AVSA

Et nostris temporibus hunc casum de facto vidimus practicari in quodam viro valde docto imo iurisconsulto maximo nomine Marcos Diaz, is enim cum Salmanticae primariam iuris civilis cathedram obtinuisset et summa cum totius populi approbatione per aliquot annos illam perlegisset, vir enim erat doctus nimis, et ego saepe saepius audivi, et per manus traditur nullum in praedicta Salmanticensi academia doctiorem extitisse, et revera ita credo non adversus suum ipsum magistrum a quo iuris ~~prudentiam~~ prima rudimenta didicerat, pro obtinenda iuris civilis primaria cathedra invaluit, quod raro aut nunquam dictum audivimus. is enim vir nullis de causis motus uxorem suam suffocavit occulte, et ne tale facinus a se perpetratum existimaretur ipsam laqueo suspendit, mentitus quod se ipsa laqueo suspendisset, sed nec isto modo, nec alio vitandi dolis, totque iuris subtilitatibus imbutus uxoris mortem celare potuit conscientia enim illum accusabat quae saepe saepius verius quam mille testes testimonium perhibet de morte convictus, et ad mortem condemnatus ipsamemet Salmanticensis Academia Philippum tertium tunc temporis regnantem consuluit ipseque Princeps doctoris ipsius ~~[illegible]~~ peritiam crimen indulsit commotus decisione praedicta l. ad bestias 31. ff. de poenis ibi ad bestias etc.

AVSA